Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

Bibliographische Daten

Titel: Medzinische Sammelhandschrift – Nürnberg, STN, Cent. V, 50
Signatur: Cent. V, 50

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

Alxpius affricus diſcipulus Belbenis clandeo Athenenſi
et epilogiticis ſtudium continuare et finem cum laude.
Poſt etiam antiquorum kirannidarum volumina tibi nota et a
Pancratio conſodali tuo relationi inde in civitate
troiana in monumento incluſum preſentem libellum
cum oſſibus primi regis kirannidis qui compendium
titulatur · eo quod per diſtinctionem perfectam a maiorum
kirannida volumine cum diligencia compilatum ſtudio
vehementi. Tractat enim de ſeptem herbis ſeptem pla
netis attributis ſecundum illas impreſſiones que ſibi a divi
no aſpectu manifeſte in regionibus celeſtibus de decem et de
aliis contractis. Vir qui in hunc modum divinum ſerva
verit in operatione curandi ſine modo et conſervandi corpus
mortale divinus habeatur propheta. Eſt autem virtus
eius mirabilis nimium ſtupenda ut etiam in momento omnia
fiant que docet et quia per effectum velocem divina patet
natura ipſarum herbarum ſicud in ſequentibus patet notis.

ſey bart — Solſequium herba eſt omnibus nota. Colige ergo huius herbe
flores · folia et radices menſe ſuo in hora diei vi^a. ad pondus
libr. vi · contunde totum ſimul cum toto ſucco repone ſiccare
maſſam contuſſam in olla rudi habente ſex minuta fora
mina in coopertulo · et repone ad ſolem ab hora prima diei
artificialis uſque ad horam vi · eiuſdem diei et hoc fiat per
ſex dies. Completis autem ſex diebus pone intus ſeri ca — .i. welken
prini libr. tres et ſtercoris ... pulveriſati ℥ iii^or. et itero
repone ad ſolem per omnia ut prius vel ſaltim per tres
dies. Quando autem volueris uti hoc divino medicamine
cola et exprime ſecundum doſis quantitatem quam ex
hibere volueris. Modus autem exhibitionis eſt hic ydropico
deſperato dabis in potu tepefacto ℥ i · et ſemis hora ſexta
diei et illa coram omnibus partibus ydropico detur et paſſio
evaneſcet. Item eadem hora doſis ℥ i ictericiam in
continente in momento curat. Item eadem hora doſis ℥ iii
de predicta potatione exhibita ſtatim curat paraliticum
ſi commiſceatur decoctio caſtorei liliſagi in vino facto eadem — .i. liliu confalin
doſi. Et nota quod quantumcumque fuerit tremulus ſtatim
quieſcet et eius membra conſtringuntur. Hoc autem neminem
precepit docere pancratio. Item eadem hora doſis ℥ ii
et ſemis tepefacto eadem die et hora menſtrua educit quan
tumcumque fuerit antiquata mulier. Item ſi de eadem confec
tione et eadem hora tollieris os tuum et poſtea morderis
levitur. Item eadem hora exhibita doſis ℥ iii et ſemis
et cum pulvere pſilii combuſti illico curabit diarteriam

Left margin notes: "...iſ ſtercus et ...", "...ygail · i · ... dit^a et exſiccat ... pr ... vicio ... repre... ..."